

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Jonstoni|| Historiae Naturalis|| De|| Exangvibus|| Aquaticis|| Libri IV||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCCLXVII.


VD18 90529022

Illustration: Tab. XVII. Patella Cypria maior non striata [...]


urn:nbn:de:gbv:45:1-11100

Patella Cypria maior non striata n.

Patella Cypria maior striata. n.j.





Concha Venerea.





Concha Venerea Zoographi.

Tab. XVI.
Lepas, sive Patella Bellon.




Concha Ven: Rond.



Concharum Venetarū Speciebus.



Concha Persica maior.



Concha Persica minor.



Tubuli in quibus Vermes.



Penicillus alius.



Penicillus Meerbenfel.

Tubuli aly paru.



Vermes in Tubulis.



3



ARTICVLVS VI.

De Conchyliis Univalvibus.

PVNCTVM I.

De Lepade seu Patella.

TAB. XVI. Hactenus de Bivalvibus dictum: et XVII. Univalvia sunt, *Lepas*, *Concha*

Aldrov. l.3. *Venerea*, *Concha Persica*, et *Penicillaris*. Ad priorem *Auris marina* pertinet.

c. 79. *Lepades*, *Plauto*, nisi mendum subeft, *Lopades*, quibusdam Graecis

πωμάτια, modernis *Petaglides*, vel

Nomen. quod fint petrarum in mari quasi *λεπίδες*, id est, squamiae quaedam;

vel quod petrae cum eis spoliantur,

veluti *λέπεθαι* ή *λεπίζεθαι*, hoc est, de-

squamari videantur, dicuntur. Gaza

Descriptio. Patellas, a vasis escarii similitudine,

ut Rondeletius autem exponit. In-

ter *μονόθυρα* censeri debere, nullum

dubium. Saxis testa in dorsum data

adhaerent: ideo Aristoteles alteram

partem superficie detectam, car-

nem ostendere dixit. Os ipsius ver-

fus terram, et exrementorum exi-

tus superius habetur: Papaver quo-

que in imo, sive in suo fundo habent.

Bellonius scribit tanta esse magni-

tudine, quanta extrema ovi putami-

nis pars abscissa esse potest. Colorem

teftarum livore vel cinereum esse, cor-

nuaque limacis instar exerere, et os,

et caput habere huic persimile. Plu-

ra in Differentia vide.

Locus. Locum si quaeris, in saxis littoris

Aquitanici et Britannici, nec non

Massiliensis et Agathensis sinus scopu-

lis inveniuntur. Circa Lepadulas in-

fulas tam frequentes, ut nomen iisdem

dederint, si Athenaeo credimus. A sa-

xis solvi, pastus quaeritandi gratia,

Aristoteles author est, cui et Bellon-

nius, dum cochlearium more serpe-

re ait, subserbit. At Rondeletius

id negat. Nullis enim, inquit, ad

natandum partibus praedita est, nisi

temere huc et illuc undis jactata

feratur; neque vietus illi quaeren-

dus, nam maris spuma et aqua

velicitur, qua alluuntur saxe. Quod

si aqua allui saxe desinat, ea quae

in testa relicta est absympta, conta-

bescere et emori tandem necesse est.

Tam se fortiter attactae saxis appli- *Aelian. H.*
cant, ut ne Milonis quidem digi-

A. I. 6. c. 55.
tis, avelli possint. Cultro igitur aut

aculeato ferro opus est, inter ipfas

et saxa immisso, quod ad oras Ocea-

ni Aremoricorum pueri facere so-

lent, prodente Bellonio.

Uſus.

In Cibis crudaee a piscatoribus et
maris accolis usurpantur. Coctae
facilius concoquuntur, modo non
nimium decoquantur. Jus alvum
ciet. Uſum earum et ad capiendos
cibos esse, ex hoc Tarentini videre
licet. Obslonii *σολάτος* dicti, prepa-

ratio in mari cujus vi in unum

locum statim omnes pisces conve-

nient.

Ex mari patellas accipito, earum
scilicet, quae circa saxe nascuntur:
quarum quidem contundes carnem,
exprimesque, et ea in testa aliqua
inscribito, quae sequuntur: subito-
que non sine magna admiratione
videbis pisces in unum locum flue-
re confertum. Sunt vero ipsa no-
mina *ταῦ*, *ταβᾶ*, quibus sane ich-

thyophagi utuntur.

Dividitur in magnam, Maris rubri Differen-

parvam, et feram. Major Rondeletii *tia*.

testam habet non exquisite rotundam,

sed inaequalem, intus laevem, foris

parum asperam, cui aliquando mu-

scus innascitur, gibbam in ambitu li-

vescentem et striatam, intus cavam.

Carnosam quoque fimbriam in cor-

poris ambitu quam expandit quum

haeret, soluta contrahit. Interius sub-

est caro dura, qua maxime saxe haer-

ret, quae scuti picti formam refert.

Os superiore in loco manifestum est,

inferiore ori adverso, exrementi

meatus, non in testa, ut in ea, quae

ἄγρια dicitur. Os venter sequitur, in

eo est *μήνων*, in imo ventre etiam pars,

quae ovum dicitur. Maris Rubri le-

pas Bellonii, tabellis, quas in tergo

gerit, cornis numero octonis, trans-

versis,